

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rahn Bernhard Faul

Disputatio Inauguralis De Incorporatione,

Rostochii: Kilius, 1644

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731852850>

Druck Freier  Zugang



Hinweisblätter
(= Confiscatio).

H. Behme 16
(Dombardier Faßl)

1644



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn731852850/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731852850/phys_0002)

DFG

DISPUTATIO INAUGURALIS
 DE
 INCORPO-
 RATIONE,

Quam
 Divinâ aspirante gratiâ,
 Autoritate & decreto Magnifici, Nobilissimi,
 Amplissimiq; JCtorum ordinis in Illustri

Academia Rostochiensi,

PRAESIDE,

Clariſſimo, & Consultiſſimo Viro,

DN. HENRICO Raßnen/

J. U. D. ejusdemq; Professore, ac Fa-
 cultatis Juridicæ p. t. DECANO Spectabili,
 Dn. Praeceptore ac Promotore suo pluri-
 mūm honorando,

Pro summis in Utroq; jure Privilegiis, & Hono-
ribus Doctoralibus consequendis,
publicè examinandam exhibet

BERNHARDUS FAULL,

Rostochiensis,

die 5. Septembr, horis matutinis & pomeridianis
in auditorio majori.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LIV.

COLLECTIO LINGUARUM
IN GORPO
RATIONE


DIVISUS ALPHABETICUS LIBRARY

AGRICULTURE & OCCULTO MAGISPIRI, NOVITIIS
AERIFERIS & CLOISTERIS IN HOLLANDIA

ALPHABETICUS LIBRARY

PARS TERTIA

DN. HENRICUS Q. ZEPHNETT



LIB. CHARTERHOUSE OF ST. BENEDICT
DULCEYNS LIBRARY OF ST. BENEDICT
MURKINIANA LIBRARY OF ST. BENEDICT

BERNARDUS FANT

ROGERUS BESSE

FRANCIS COOPER

THESES I.

INcorporationis vocabulum pro
confiscatione usurpatum, & ad omnia bo-
na, tam ex causâ delicti commissi, quam
aliis etiam, in fiscum redigenda pertinet,
Sixtinus de Regalib lib. 2. c. 9 n 33. Germa-
nicè dicitur *Einziehen vnd incorporieren,*
Capitulat. Ferdinandi secundi glorissim. memoria § wan auch
Lehen / 28. ibi: ein ziehen vnd incorporieren.

II. Referimus jus incorporationis inter regalia mi-
nora, arg. tit. que sint regal. lib. 2. Feud. Schneidwin. ad tie.
inst. de hered. que ab intestat. cap. de successione fisci. Neq;
ossibus Principis cohæret, ut. Dd. loqvuntur.

II. Esto itaq; nobis incorporatio, jus, quo bona ex
quacunq; causâ fisco cedentia. l. 3. ibi: aut publicatione, aut
ratione juris. l. 5. in pr. ibi: vacantia, vel alio modo. C. de bon. vac.
& incorp. l. 3. ff. de his que in testa. del. in eundem referuntur,
seu cū eo in unū corpus conjunguntur, arg Rubr & l. 1. ibi:
fisci nostri rationibus vindicandas l. 3. ibi: rei nostra addendum &
ibi: incorporatio impletatur. C. de bon. vac. & incorp. Hinc bona
dicuntur patrimonio Principis annexi, l. 7. C. de bonis pro-
scripto. & aggregari, in l. 2. C. de aquaductu.

IV. Distinguitur incorporatio in ordinariam & extra-
ordinariam: hæc in casibus lege, vel statuto, vel consue-
tudine non expressis irrogatur: Illa ex lege, consuetudi-
ne, statuto introducta est, & extenditur ad quoslibet ju-
dices merum imperium habentes, *peregrin. de jur. fisc lib. 5.*
318. l. n. 25. Sixtin. de Regalib. lib. 2. c. 12. n. 9. & 10.

A 2

V. Com-

V. Competit hoc ius Imperatori, sive Regi Rom. qui propriè filium habere dicitur, l. 1. C. b. t. 1. simile. 10 ad Municipalem. l. 2. §. 4. ne quid in loco pabl. nec non cæteris terrarum Dominis, Imperio Romano exemptis, & liberis Rebuspubl. superiorem non recognoscentibus, Scneid. d. l.

VI. Papa Romanus, quia supremā potestatē, nisi quatenus prava usurpatione eam sibi arrogat in cap. venerabil. 34. x. de Elect. & elect. pot. c. novit. x. de jud. C. si duobus. 7. §. deniq. x. de Apellat. non habet, Lehman. Chron. Spiren. lib. s. c. 31 & 67. Reinking. de regim. sec. & Ecclesiast. lib. I. Cl 2. c. 6 & c. 8. hoc jure gaudere nequit. In terris tamen Ecclesiæ (vulgō patrimonium divi Petri appellant) hujus juris participem eum faciunt Dd. præferebam superstitionibus Pontificiis addicti.

VII. Fisci jus habent Reges, Electores, Duces, Marchiones, qui Imperatorem Romanum, tanquam supremum caput venerantur, ab eoq; feuda regalia, seu cum regali dignitate conjuncta, accipiunt.

VIII. Archiepiscopi, Episcopi, Abbates dignitate Principali decorati, ~~Gefürstete Äbte~~ quales sunt Fuldensis, Murbacensis, Campidonensis, Hirschfeldensis, & alij, de quibus Reinking. lib. I. Cl. 4. c. 21. dic. tractat. Hodie enim inter Principes & status Imperij numerantur, & regalia ab Imperatore habent, Geil. lib. I. obs. 30. n. I. 4. & seqq. Schurf. cent. I. cons. 72. n. 2.

IX. Comites, & Barones, qui etiam Statibus Imperij, & regalem dignitatem habentibus annumerantur, & æquiparantur in Matricula Imperij, in privilegio & jure Austregarum, Ord. cam. part. 2. tit. 3. & 5. in dignitate ac mune-

munere Judicis, Præsidumq; Cameræ Imperialis, dicit.
ord. part. i. tit. i. in prin. Ord. polit. de anno 1530, 1548. & 577.
tit. von Graffen vnd Herren.

X. Civitates Imperij liberæ, quas in suo districtu
& territorio jura Principis atq; regalia habere tradit *Gail.*
lib. 2. obser. 57. n.7.

XI. Sic quoq; Civitates inferiores, sive municipa-
les, h. e. mediate Imperio subjectæ, quamvis olim loco
privatorum habitæ fuerint per l. eum, qui rectigal. 10. ff. de
verb. sig. & arcā saltem communi utantur i. i. S. quibus ff.
quod cuiusq; univer. tamen illis jus incorporationis dene-
gari non potest. Usurpant enim vel consuetudine, vel
lege seu singulari Principis concessione, l. un. C. ne sine pos.
prin. cert. jud. licet. conf. Schurff. cens. 2. cons. 83 n.7. *Gail. lib. 2.*
obser. 130. n.15.

XII. Nobiles item ex privilegio vel consuetudine,
& quod merum imperium habeant, hoc jure gaudent,
& possunt hominibus suis, sine legitimo hærede dece-
dientibus succedere, vel pro ratione delicti bona con-
fiscare, *Jacob. d. Sanct. Georg. tract. feud. in verb. cummero*
& mixto imperio. n.8. & 17. & ib. allegati Dd.

XIII. Academiis etiam hoc jus attribuo cum
Schneidwin d. l. n. 20. de illis autem hoc intelligendum
volo, quæ merum imperium exercent, quales in
Germania reperimus Heidelbergensem, Lipsiensem,
& alias quasdam secundum *Matt. Stephani de jurisd. lib. 3.*
part. 3. c 1. n.22. Eodem jure donatas refert *Scipio Gentilis*
in Anglia Oxoniensem, ejusq; filiam Parrisiensem in
Galia, *lib. 3. de jurisd. c. 17.*

XIV. Fit autem incorporatio ex variis & gene-
raliter omnibus illis causis, ex quibus res in fiscum ca-
dunt,

dunt, uti ordine quam plurimas enarrat Callistratus in l. i. ff. de jur. fisci. inter quas prima est, ut bona, quæ incapacibus clam, tacitè atq; fraudulenter relinquntur, fisci corpori applicentur, d. l. i. l. 3. & 13. ff. eod. Ita ut nec fiscus Falcidiam, vel Trebellianicam in iis patiatur, l. 49. ff. de jur. fisci l. 59. ff. & l. 3. C ad L Falcid. Cujac. lib. 7. obs. c. 31.

XV. In Testamento solenni, & legitimè factò Imperatori vel fisco quod nunciatur relictum, ejusdem corpori additur, l. i. ff. d. jur. fisc. secus verò se res habet, quando testamentum non est legitimum. Nihil enim tam proprium Imperij esse, quam legibus vivere, ajunt Impp. in l. 3. C. de test. S. fin. Inst. quibus mod. testam. infirm.

XVI. Bona eorum, quæ indignis manifestissimè comprobatis afferuntur, l. 3. ff. de his, quæ ut indign. l. cum mortem. ff. de jur. fisci. nisi specialiter quibusdam concedantur, tit. que sunt reg. lib. 2. feud. post denunciationem, fiscus sibi vendicat, d. l. i. ff. de jur. fisc. Quot autem, qui busq; modis accidat, ut quis indignus reddatur, satis abundè colligi potest ex tit. ff. & C. de his, quæ ut indign. & extor. tit. ff. & C. si quis aliquem testari prohib. item ex Azonis sum. C. dd. tie.

XVII. Si denuncietur, testamentum, vel codicilos, in quibus Principi, vel ejus fisco hæreditas direcetò, vel perfideicommisum relicta sit, esse subreptos, fiscus occupat hæreditatem, d. l. i. de jur. fisci.

XIX. Thesaurus inventus vel pro parte, vel in totum fisco vindicatur: pro parte, si fortuito casu in loco fiscalis, publico, religioso, aut in monumentis, vel si in cæsarisi possessione reperiatur: dimidia enim pars ad Cæarem, fiscum, & Civitatem spectat, dimidia in ventorem sequitur, d. l. i. in pr. & l. 3. S. 10. ff. de jur. fisci. C. u. que sine

sunt regal.lib.2 feud. In totum fisco acquiritur, si magicis
artibus inventus fuerit, etiam in proprio fundo, l.i. C. de
thesauris. d.c. un. in fin. si in loco fisci casu repertus est, sup-
pressâ parte ad fiscum pertinente, totus cum altero tan-
to fisco cedit. l.3 §. fin. de jur. fisci.

XIX. Quod fiscus jure privatorum sibi adjici po-
stulat, ad hanc incorporationis materiam refertur. Id
accidit, cum is, qui magni pretij rem minoris ex fisco
comparasse nunciatur, vel rem venundatam restituere,
vel id, quod justo pretio deest, supplere tenetur, d. l.i. de
jur. fisc. ibid. Glos. ad verb. magni pretij. l.2. C. de rescin. vend. l. si
minori 3. l. qui in contractibus. §. C. de jur. fisc.

XX. Prævaricatione fiscum esse victum, per dela-
torem si detegatur, d. l.i. de jur. fisc. non attentâ quadriennij
præscriptione, fiscus rem occupat, l.10. ff. de divers. & temp.
præsetript. l. un. C. de sentent. ad vers. fiscum lat. non retract. d.
l.i. §. ult. ff. de jur. fisc. per calumniam deferenti causa ce-
dit, ac si eam egisset, ac prodidisset, l.15. in pr. ff. de jur. fisc. Qui delatorem subjicit, in fiscum tantum deferre cogi-
tur, quantum præmij nomine consequturus fuisset, d.
l.15 §. 1 ff. d.e.

XXI. Qui reus postulatus, vel in capitali criminis
deprehensus, metu criminis imminentis mortem sibi
conscivit, l.3. in pr. ff. de bon. eor. qui ante sentent. si consti-
terit, cuius criminis gratia manus sibi intulerit, non tæ-
dio vitae, aut pudore æris alieni, vel valetudinis alicu-
jus impatientia, hæredibus ab intestato venientibus non
relinquit bona, sed ea in fiscum coguntur, l.1. & l.45. §. 2.
ff. de jur. fisc. l.2. C. qui test. fac. pos. l.2. C. de bon. eor. qui mor. sib.
conse. & procedit hoc, si eo criminis nexus fuerit, ut con-
victus vel morte, aut deportatione afficiendus, vel bonis
privan-

privandus esset, d.l.3. §.1. & 3. ff. cod. Hoc tamen quod de eo, qui convictus vel morte aut deportatione mulctandus est, dicimus, nō obtinet amplius post Novel. 134. c. ult. & inde desumptā Auth. Bona damnatorum. C. de bon. proscript. seu damnat. solum enim morte, aut deportatione puniendus, si se interficiat, non fiscum, sed proximos suos habet hæredes d. Nov. & Auth. & Constit. crim. Carl. V. art. 135.

XXII. Bona rei, qui commisit crimen, quod morte non extinguitur, ad fiscum deferri possunt, d.l.1. pr. ibi: vel etiam post mortem reum esse. ff. d. jur. fisc. eaq; vel in totum, vel pro parte confiscantur, Peregrin. de jur. fisc. lib. 4. tit. 5. in pr. Recensere quædam illorum lubet: & primò ingenere non extinguntur morte, in quibus lex ipso jure & facto pœnam pecuniariam, confiscationem vè bonorum omnium, vel partis statuit, gl. in l.3. §. quod autem ait. ad verb. etiam hæredi ejus. ff. Quod quisq. juris. Clarus lib. 5. sentent. §. fin. n. 14. & 15. Peregrin. d. tit. 5. n. 7. E.g. Ob incestas nuptias contractas, C. un. quæ sint reg. lib. 2. feud. auhen. incestas. C. de incestis nupt. nisi ex prioribus nuptiis inculpabilibus filij aut nepotes superfint, Novel. 12. c. 1. & 2.

XXIII. Numeramus etiam inter illa crimina, læse Majestatis crimen, §. 5. Inst. de hered. que ab intest. & §. 3. Inst. de pub. jud. l. ult. ad leg. Jul. Majestat. l. 6. C. eod. quod contra Imperatorem non tantum & rempub. Rom. l. 1. & ult. ff. d. t. l. 5. C. eod. sed etiā in Electores committitur, Aur. Bulla. Carl. IV. c. 24. crimen hæreseos, l. 4. C. de hereticis, c. cum secundum de heret. in 6. crimen repetundarum, l. 2. ff. ad L. Jul. rep. crimen peculatus, & de residuis, l. ult. ff. eod. desertæ militiæ l. 4. C. de re milit. Intra quinquennium tamen à morte rei fiscum ad bona ejus vindicanda agere debere, & de criminе docere: alias quinquen-

nio

nio ipsum excludi probat *Peregrin. d. tit. 5. n. 33. per. l. 2.*
C de vectigal. & l. 2. C de Apostat.

XXIV. Per vim tam publicam, quam privatam domus alienas destrui legibus vetitum est, & qui cum telo in turba ejusmodi perpetrant, capite, *l. 11. ff. ad L. Jul. de vi pub. extra illum casum, deportatione, cui annexa est omnium bonorum publicatione, puniuntur, l. 7. in fin. C. ad L. Jul. de vi pub. & privat. §. 8. inst. de publ. jud. l. 10. § 2 ad L. Jul. de vi pub. l. 1. pr. cod.* Hodiè ex constitutione Carol. V. vi publicæ dicta est poena gladij, *art. 128.* vis privata verò ex praxi arbitrariam, juxta circumstantias rerum & qualitates personarum, sustinet. *Damhau. in prax. crim. cap. 100.*

XXV. Si recessum esse ab actione citra abolitionem nuncietur, quia publicè interest, ut hujusmodi delicta coérceantur, *l. 1. ff. ita. 51. ff. ad L. Aquil. fisco inferri poena debet, l. 1. ff. de jur. fisci. sed non prius, quam constiterit de crimine apud eū, cui de crimine convenerit. Etis poenam irrogare licet, l. 1. Cod. ubi causa fiscal. agatur. confiscationem scilicet quartæ partis bonorum unà cum infamia, l. 1. C. ut intracert. temp. crim.*

XXVI. Qui sciens prudens rem litigiosam (quæ talis esse incipit oblatâ citatione in realibus, *Anth. litigial. C. de litigios.* à litis contestatione in personalibus, *Rittersh. ad l. 12. tab. part. 2. c. 13. l. 2. C d. t. Gel. lib. 1. obser. 118. n. 4. Covar. pract. quæst. c. 15. n. 6.*) titulo emptioonis, donationis, aut alio accipit, non tantum cogitur rem redhibere, sed etiam pretio privatur; non, ut lucro cedat ei, qui rem alienavit, sed ut alia quoq; tan-
ta quantitas fisco inferatur, *l. 1. n. t. C. de litigiosis.*

B

XXVII.

XXVII. Pertinet huc etiam poena fisco ex contractu privato debita, *d.l.i. ff. de jur. fisca*. qualis est contractus, inter duos sub poena certa fisco inferenda initus, si alteruter discedat, quæ etiam hodiè ex nudo pacto promissa valet. Item cum præses Provinciæ, vel alius in ejus generis officio publico constitutus (exceptis iis, quæ ad alimenta, vel vestes pertinent, *l.un. §.2. C. de contract. jud.*) emerit quicquam, vel per se, vel per aliam personam, tum non tantum rem amittit emptor, sed & æstimatio rei infertur fisco à venditore: si ex officio, quod administrat, vel à fisco, cuius procurator est, emerit, rem amittit, & insuper quadruplum solvit fisco, *l.40. ff. de contrahend. empt. & vend. l.40. §.2. ff. de jur. fisca*. Item patetum de quota litis huc spectat, *l.53. ff. de pactis l.15. C. de procurat. l.1. §.12. ff. de extraord. cognit.*

XXVIII. Tandem lex alleg. *l. ff. de jur. fisca*, si adversus leges cummissum factum esse nuncietur, ex eo quoq; fisco quid attribuit. Quò referto, autoritate glossæ, res, quæ ad fiscum devolvuntur propter fraudulenter neglectum vectigal, & in commissum cadunt: *Sein verwurckt und verfahren l.fin. §.3. jun. §. si quis. 12. ff. de publican. & tot. tit. C. de vectigal. & comm.* Ejusq; persecutio, sicut adversus quemlibet posse forem, sic adversus hæredem competit, *l.14. ff. de publican*.

XXIX. Pertinent huc multarum, poenarumq; compendia, *Brüche und Geldbussen/c. un. que sunt reg. lib. 2. feud.* Multa pecuniaria est, & arbitrio judicis imponitur; poena vero nomen generale est, & omnium delictorum coercitio, a lege, vel alia juris parte consti-

constituta, l. 131. §. 1. ff. de V. S. ejusq; persecutio actori
debetur, quotiescunq; lex, veledictum introducit
& proponit actionem, nec exprimit cuius sit poena,
l. si quis id. 7. ff. de jurisdictione. l. si cui. 12. ff. de V. S. l. i. in pr. l. se
verò. s. §. hac actio s. ff. de his qui deiec. l. 3. ff. de sepulch.
violat l. fin. ff. de litigios. Peregrin. de jur. fisci. lib. 4. tit. 8.
n. 5. Ad poenam, pro privato delicto fisco applican-
dam, cuilibet ex populo permittitur agere, si pecu-
niaria est, l. fin. ff. de furis. l. fin. ff. de injuriis. & §. 10. Inst.
cod. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 8. n. 94.

XXX. Porrò ex defectu successoris bona Va-
cantia, Erblose Güter ad fiscum spectant, d. c. un. & l.
quidam. 96. §. 1. ff. de legat. i. Dicuntur autem demum
vacantia bona, quando neq; testamentarius, neq;
legitimus existat hæres, etiam ultra gradum septi-
mum & decimum, si de ipsorum cognatione con-
stare possit, §. caterum, Inst. de leg. agn. succes. §. ult. Inst.
de serv. cogn. Novell. 118. c. 3. vers. si vero. & c. 4. ibi. & omnes.
Bocer. Cl. 3. disp. 20. 1 b. 52. Deinde etiam, si neq; conjux
superstes sit, de quo intit. ff. & Cod. Unde vir & uxor. neq;
Imperialis liberalitatis consors, de quo tit. C. si liberal.
Imp. soc. sine hared. dec. lib. 10. vel curia cohorsvē, vel
corpus aliquod existat, cuius defunctus quondam
membrum fuit, & cui jus ejus hæreditatem expressè
tribuit, l. i. & t. t. C. de hared. decur. Schneidw. de succes.
fisci. num. 18. & seqq. Inst. de hared. que ab intest. & Azo
in sum. C. b. t.

XXXI. Peregrino, qui intestatus decedit nul-
lis relictis hæredibus, non fiscus, nec hospes, sed
Episcopus loci succedit, ejusq; bona in pias causas
converteare tenetur, Auth. omnes peregrini. C. com-

munia de success. In Galliâ Rex peregrinorum bona, jure Albinagij antiquissimo, occupat, nisi scholastici fuerint, vel speciali privilegio hoc jure exempti: ut Schoti & Helvetij, *Gothofred. in notis ad. dict. Authent. Bodin. de repub. lib. 1. c. 6. Arum. discurs. polit. 30. th. 45.*

XXXII. Obsidum bona, ut & captivorum omnino in fiscum cogenda sunt, *l. 31. ff. de jure fisci.* Quod in Gallia non aliter obtinere, idem *Gotho. in not. ad d.l.31.* ait, quam si liberos, vel cognatos defunctus non habeat.

XXXIII. Fisci rebus sociantur bona damnatorum & proscriptorum, si neq; ascendentes, neq; descendentes usq; ad tertium gradum supersint.. Ratio autem hic habetur dotis, & donationis propter nuptias, ita ut eas condemnati uxor accipiat: & licet sine dote uxor venerit, eam tamen partem, quæ ipsi ex substantiâ mariti legibus definita est, habeat ex bonis damnati, sive existant liberi, sive non, *Nov. 134. c. ult. Auth. bona damnatorum. C. de bon. proscript. c. un. que sint reg. lib. 2. feud. Constit. crim. Carol. V. art. 218. vers. Item/ an eßlichen orten/ so ein Ubelthetter.*

XXXIV. Naufragorum bona quibusdam in locis in fiscum cadunt, ut *Arumaus de jure publ. vol. 2. discurs. 31.th. 5. lit. E.* testatur, in oris Siciliæ, Galliæ, Angliæ observari. Jure Civili, nisi piratarum sint, *Auth. Navigia. Cod. de furs. l.1. C. de naufrag. lib. 11. ut & Constitut. crim. Carol. V. art. 218.* severissime prohibatum est hujusmodi bona confiscari.

XXXV. Qui cum Turcis, vel aliis Christianorum, aut Imperij hostibus consilia nefanda miscent, eorum

eorum omnia bona fisco applicantur, *Ord. Cam. part.*
z. tit. 20. §. weiter. 4. Sic & illorum, qui nummos falsos
cudunt, fingunt, exportant, permutant; veros radunt,
aut corruptunt, *l. 2. C. de fal. mon. Constit. crim. Carol. V.*
art. 3. Neue Münz Ordnung/ de anno 1559. §. 72. wie wol
ein solche/ & seq. Domus quoq; vel fundus, in quo
vel incuriâ, vel conniventiâ, moneta adulterina cu-
ditur, redigitur in fiscum, *l. 1. vers. domus vero. C. de*
fal. mon. constit. crim. d. art. III.

XXXVI. Monopolia non minus jure Civili,
quam Imperij Recessibus vetita sunt, quæ si quis ex-
ercere ausus fuerit, bonis spoliatur fisco inferendis
l. un. vers. si quis autem. C. de Monopol. Reformatio Politica
de annis 1548. & 1577. Sub tit. die Monopolivnd schädliche
Surkauſſe belangendt. §. 1. quam legem rigide observa-
re omnes magistratus jubentur, §. 4. Es soll auch. dict.
Reform. Polit.

XXXVII. Bona à prædonibus recepta, hodie
in fiscum redigere nemo audet, sed quicquid prædæ
exstat, dominis citra detrimentum restituji jubent
Reces. imp. de Anno 1559. §. 34. vnd nach dem anj. Constit.
crim. Carol. V. art. 207. & art. 218.

XXXVIII. Bona feudalia magni momenti a-
perta, ut Principatus, Comitatus, Baronatus, Civi-
tates & similia, nemini rursus in feudum concedun-
tur, sed fisco addicuntur & incorporantur. Sic quoq;
ea, quæ Electorum & Statuum Imperij auxilio, bel-
lo, aut aliis modis occupat, acquirit, recuperat Im-
perator, fisci corpori adjunguntur, *§. 28. & 31. in Capi-*
cular. Ferd. II.

XXXIX. Bona profectitia, adventitia, ho-

rumq; ususfructus, ut & castrense peculum filia-
milia deportati propter ejus delictum, l. 3. C. de bon.
proscript. & generaliter quæ alienari non possunt,
confiscari nequeunt, nisi plures, in quorum gratiam
alienatio prohibita est, damnentur, vel nullus eo-
rum superfit, qui ea capere potest, Bach. ad Treut. disp.
31. tb. 7. lit. D. Ut nec bona futura, l. si mandavero. 22.
§. 5. ff. mandati. l. 2. C. de bon. proscript. Gomez. Variar. resol.
tom. 3. c. 14. n. 1.

XL. Hactenus de causis, ex quibus res ad fiscum
transferuntur, pro instituto dictum sufficiat. Restat,
ut inquiramus de formâ & modo rerum adjungen-
darum fisci substantiis. Et quidem primò requiri-
tur delatio, eaq; est vel sui ipsius, vel alterius. Se-
ipsum deferre nemo prohibetur, fitq; propterea, ut
ex ea re, quam ex legibus retinere nequit, portionem,
in illis definitam, in præmium assequatur, l. editio. 13.
l. senatus. 18. §. 3. ff. de jur. fisci. & tot. tit. C. de delatorib.
Omnes autem deferre non possunt, de quibus in l. de-
ferre. 18. ff. de jur. fisci. l. qui accusare. 8. ff. de accusat.

XLII. Secundò inquisitione opus est, quæ olim
peragebatur hoc modo: eligebantur certi Palatini,
& jure jurando obstricti mittebantur, ut eorum in-
stantiâ Præses provinciæ, præsente fisci patrono,
diligenter inquireret, cuius vacans cadensq; esset
patrimonium, quantumq; vel quale videretur, l. ult.
C. de bon. vac. & incorp. l. 9. C. de bon. proscript. Hodie
pro ratione causæ, de qua agitur, magistratus loci, qui
jus incorporationis habent, secundum eujusq; terri-
torij consuetudinem procedunt.

XLII. Tertiò, Principum titulis hæc bona in-
signiri

Signiri solent, l. 3. C. de bon. vacant. & incorp. l. 2. C. de aqua duct. lib. 11. Cujac. ad d. 13. Regiae enim majestatis est, ut ejus tantum domus, patrimonia, & quod publico juri est deputatum, titulorum inscriptione legantur, privatis interdictum, l. 1. C. ut uero privatus prad suis sit, imponat.

XLIII. Quartò datur reclamandi copia, l. 5. C. de bon. vac. arg. l. 7. & 10. C. de jur. fisci. h. e. fit publicum proclama, ut is, qui contradicendum putat, intrat certum terminum compareat, ac jus suum deducat: nemine comparente, magistratus, ad instantiam Procuratoris fisci, bona ad fiscum pertinere pronuntiat, Peregrin. de jur. fisci. lib. 4. tit. 3. n. 30. & hæc forma etiam in parte bonorum, vel unâ alteravere, seu actione una, vel etiam pluribus servatur, d. l. 5.

XLIV. Contrà si quid per fraudem in dispensarium ærarij fuerit admisum à præside, facultatum parte dimidiâ multatur: fisci Patronus detrimentum quod vitio ejus fisco ingeritur, resarcire urgetur: executores quoq; non evitant indignationem d. l. 5. C. de bon. vacant. & incorp.

XLV. Finem, propter quem introducta est incorporatione, dicimus cum Azone in sum. Cod. dict. tit. de bon. vacant. & incorp. quod Princeps multis indiget ad sacr. Rom. Imperij, sui ipsius, suorumq; successorum, Regum Rom. & Imperatorum sustentationem ac conservationem, Capitulat. Ferd. II. §. 28.

XLVI. Hoc jure incorporationis fiscus in bonis sibi acquisitis plenum dominium nanciscitur, ut vendere, locare, & aliis quibuscunq; modis alienare possit,

possit, l. i. §. 1 ff. de off. procur. Cas. l. 5 l. 46. §. 7 ff. de jur.
fisci. Peregrin. lib. 6 tit. 4. in prin. Et cui fiscalis res ven-
ditur, aut donatur, adeò tutus est; ut omnino non
possit super ea conveniri: sed fiscus convenientus
est intra quadriennium, non postea, l. 2. & 3. C. de
quadrien. præscript. Fiscus quoq; rem cuius vel mi-
nimam partem habet, totam potest vendere, ita ta-
men ut partis pretium retineat, reliquum dominis
reliquarum partium restituat, l. un. Cod. de vend. rerum
fiscal. Singulare & hoc est, quod si fisci procurator
rem vendiderit, & vel duplum, vel triplum pro evi-
ctione promiserit, fiscus tamen simplum præstet,
l. 5 ff. de jure fisci.

XLVII. Adversatur incorporationi præscriptio.
Quantoverò tempore ei præscribatur, latè persequi-
tur Peregrin. lib. 6. tit. 8. Quæ omnia hic recensere
& ut res postulat, examinare nimis foret
prolixum.

Sit D E O in eternum laus
atq; gloria.




eorum omnia bona fisco applica-
z. iie. 20. §. weiter. 4. Sic & illorum,
cudunt, fingunt, exportant, permittunt
aut corrumpunt, l. 2. C. de fal. mon.
art. 3. Neue Münz Ordnung / de an-
ein solche / & seq. Domus quoq; v.
vel incuria, vel conniventiā, mo-
ditur, redigitur in fiscum, l. i. ver-
fal. mon. constit. crim. d. art. III.

XXXVI. Monopolia non
quam Imperij Recessibus yetita
cerere ausus fuerit, bonis spoliati
l. un. vers. si quis autem. C. de Monopol.
de annis 1548. & 1577. sub tit. die Mo-
surkauffe belangendt. §. 1. quam lege
re omnes magistratus jubentur, §.
Reform. Polit.

XXXVII. Bona à prædoniis
in fiscum redigere nemo audet, se-
exstat, dominis citra detrimentum
Reces. imp. de Anno 1559. §. 34. vnd n.
crim. Carol. V. art. 207. & 414C. 218.

XXXVIII. Bona feudalia in
pertita, ut Principatus, Comitatus
tates & similia, nemini rursus in-
tur, sed fisco addicuntur & incorp-
ea, quæ Electorum & Statuum In-
lo, aut aliis modis occupat, acqui-
perator, fisci corpori adjunguntu-
culat. Ferd. II.

XXXIX. Bona profectitia,
B 3



m. part.
s falsos
radunt,
carol. V.
wie wol
in quo
ina cu-
. C. de

Civili,
uis ex-
rendis
Politica
hedliche
oservan-
ch. dict.

hodie
prædæ
jubent
Constit.

enti a-
, Civi-
cedun-
quoq;
o, bel-
at Im-
in Capi-
a, ho-
rumq;